



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

Ix [i.e. ii]. Subjectum capax habitus est ea solùm actus, quæ & ad quos
non est omnino determinata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

ralem : vel etiam , ut alii exiis , supernatu-
ralem.

II. Subjectum habituum capax est ea po-
tentia vitalis, ad eos solùm actus, quæ, & ad
quos non est omninò determinata, adeoq; si
quandoq; ad aliquos quò ad substantiam ex-
ercendos determinata est , sit tamen adhuc
indifferens ad eliciendos illos majore vel mi-
nore cum facilitate. Talis est intellectus,
& voluntas , quæ , utpote potentia maximè
libera & ad agendum indifferens, vel maxi-
mè per habitus inclinari, facilitari & adjuvari
potest. Talis est quoquè sensus communis &
appetitus sensitivus, etiam brutorum ; sic e-
nim, etiam in brutis, post frequètos actus,
v.g. saltus, cantus &c. apparet major facilitas
ad eosdem actus iterandos, quæ facilitas ad-
scribitur speciebus rememorativis , objectū
clariùs repræsentantibus. Talis non sunt sen-
sus externi ; hi enim ad unum modum cog-
noscèdi sunt determinati, & positis omnibus
ad agendum requisitis, oculus v.g. sanus tam
perfectè videt, dum primò videt quàm post
multas visiones frequentatas. Neq; potentia
nutritiva: unde inclinatio illa major, quàm quis
post frequentatas potationes & intèperantes

commestiones assuescit ad bibacitatem & voracitatem, fitque potentior ad plus potus & cibi digerendum, referenda est ad appetitum sensitivum & phantasiam, quæ delectationem illam ex Gustu percipit, & quia stomachus plus dilatatur, aut aliunde roboratur. Neque potentia loco motiva: unde major illa in ambulando, saltando, cytharizãdo facilitas adscribenda est, partim nervorum aliorumve organum dispositioni, quæ per usum distenduntur, emolliuntur, partim habitui artis residenti in intellectu, qui per directiones illas actuales seu cognitiones practicas, quæ digitorum pedumve motus illos artificiosos comitantur, intenditur: unde etiam finium non est, in eo, qui tantum scit speculativè regulas artis, & illas non exercet, dirigendò etèbrò actiones externas, habitus similes practicos non intendi.

III. *Habitus phantastici & intellectuales* sunt ipsa collectio specierum rememorativarum; omnia enim, quæ de habitibus dicuntur, per species has sufficienter explicari possunt. Nam primò etsi species impressæ primæ, aut etiam una vel altera rememorativa, dent intellectui simpliciter posse, species tamen